**Zeitschrift:** Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz

**Herausgeber:** Historischer Verein Zentralschweiz

**Band:** 1 (1843)

**Artikel:** Kirchliche Sachen : 1241-1429

**Autor:** [s.n.]

**DOI:** https://doi.org/10.5169/seals-109146

**Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Mehr erfahren

**Conditions d'utilisation**

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. En savoir plus

**Terms of use**

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. Find out more

**Download PDF:** 05.04.2026

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, https://www.e-periodica.ch**

## 1.

### 1241, 23 Brachmonat.

(Ciſtercienſerinnen in Rathhauſen.)

Quoniam suum proprium est hominis quod pauperibus erogauit, reliqum vero non est suum set fortune. Norint | quibus nosse oportunum fuerit. quod ego Arnoldus aduocatus de Rotenburch pro mea meorumque salute | aliqualem elemosinam erogare cupiens, absolute cedo ivri quod mihi ratione aduocatie conpetere videtur uel conpetit | in fundo Sororum de Horwe sibi a religiosa muliere nomine Hemma collato, quem insimul domino famulantes ibidem | quiete ac pacifice possident, ipsis eiusdem fundi liberam et quietam possessionem relinquendo. Ne igitur a meis heredibus ulla in posterum | prelibatis Sororibus opponatur calumpnia et grauamen. huic mee salutifere donationi assensum vxoris proprie liberorumque meorum adhibens, | presentem paginam sigilli mei mvnimine roboraui. Testes autem qui huic mee concessioni personaliter interfuere, sunt hij quorum nomina | subnotantur. Walt. de Hunwile. Jo. de Hildesrieden. Nicolaus scheli. H. B. et Wer. fratres de Malters. et alij quam plures | fide digni. Datum in Civitate Lucernensi. Anno gratie domini M. CC. XLI. Indictione XIII. in vigilia Sancti Johannis Baptiste. |

Schon nach vier Jahren waren die Schweſtern in dem, der Gemeinde Ebinkon angehörenden, Riedholze angeſiedelt. Biſchof Eberhard von Conſtanz, der hierauf durch Urkunde vom 14 März 1251 Bau und klöſterliche Einrichtung geſtattete und der neuen Gründung den Namen Rathhauſen gab (**Magistre et Conuentui in parochia Lucernensi, in loco qui exnunc domus consilii dici debet, Cisterciensis ordinis regulam professis**), übertrug die geiſtliche Leitung der Frauen dem Ciſtercer Abte zu Cappel.

## 2.

### 1245.

(Stadtarchiv Lucern.)

Vvaltherus Dominus de Hasunburch omnibus presentem paginam inspecturis noticiam rei geste. Nouerit presens etas et futura

posteritas, | quod nos allodium in Aduocatia nostra Willesowe situm in superiori Wisenbuel in Silua quod ad nos iure proprietatis spectare dignoscitur. | de consensu Henrici plebani Ecclesie de Willesowe filii nostri. Haymonis. Waltheri. et Theobaldi fratrum suorum. ac aliorum puerorum | nostrorum. in superiori Wizenbuel ubi supra diximus dimidiam Colonam terre. et integram Colonam in Silua dicti Borchardi. Ad altare Beate Marie vergi- | nis sub hac forma contulimus. Videlicet ut tres misse singulis Septimanis celebrentur. vna in feria .ij. in honore Beati Gwilhelmi confessoris, | vna in feria .iiij. in honore Beate Katherine verginis. et vna in Sabbato. in honore Beate Marie verginis. Idem uero allodium singulis an- | nis. xxx. solidos vsualis monete soluit. quorum. xx. solidi. Sacerdotibus in dicta Ecclesia Willesowe pro tempore celebrantibus cedunt. Et x solidi denariorum | ad lumen dabuntur. et idem lumen omni nocte quando diuina in eodem altari celebrantur debet ardere. Item sciendum est quod allodium nostrum situm in | Elzeneke singulis annis xvj. solidos. denariorum soluens Ecclesie memorate in remedium anime nostre Margarete vxoris nostre. patris. matris. fratrum. | et omnium parentum nostrorum contulimus per formam inferius positam. Scilicet ut in honore beatorum Apostolorum Petri et Pauli omni Septimana una Mis- | sa cantetur. et pro celebratione illius Misse. ex illis. xvj. solidis. iiij. solidi. Presbiteris ibidem Deo famulantibus omni Anno in festo Johannis Baptiste conferentur. Debent | autem in quatuor temporibus anni denarij proximo superius positi videlicet residuum. xvi. illorum solidorum. de quibus iiij. solidi. Presbiteris ut supra diximus diuiduntur. per hunc | modum partiri. Quod qualibet feria quinta cuiuslibet Jeiunii quatuor temporum. iij. solidi Sacerdotibus Ecclesie memorate et Pauperibus pro Larga distri- | buantur. Ita quod ex illis. iij. solidis supradictis. vi. denarii Presbiteris. pro dimidio quartali uinj conferantur. et remanent. xxx. qui pauperibus ut sepe dictum est | erogentur. Et ita summa illorum xvj. solidorum sepe dictorum si recte diuiditur Pauperibus et Presbiteris terminis suprascriptis largietur. Insuper allodium | situm in Buwile soluens. iiij. solidos usualis monete contulit Ecclesie Sancti Johannis in Menzenowe. tali conditione quicunque sit Ple- | banus vel vicarius. quod celebret omni feria. ij. missam pro fidelibus defunctis. Ipse etiam Wal. Predictus Dominus de Ha.

predictam elemosinam | predicte Ecclesie taliter contulit ut si aliqua inutiliter de rebus Ecclesie possedit uel percepit per dictam Elemosinam et per alia bona facta pro ipso facilius | indulgentiam a domino consequi mereatur. Addidit etiam ut neque Aduocatus neque alia persona etiam si esset Curatus Ecclesie ubi uellet ibidem diuina celebrare | preter Presbiteros dicte Ecclesie aliquid Juris uel potestatis exerceat in predictum allodium siue Censum. Sed quemadmodum ipse qui liber est libere et absolute | possedit. ita uidelicet predicta Ecclesia inconcussa pace et in summa libertate eternaliter possideat pacifice et quiete. Ne ergo eadem gesta posteri mei | seu alii inpediant presens Scriptum Sigillis nostris duximus confirmandum. Acta sunt hec. Anno Domini. M. CC. xl. v.

## 3.

### 1249, 7 März.

(Abtei Murbach; jetzt Präfectur Colmar.)

INNOCENTIUS episcopus seruus seruorum dej. Dilecto filio. Abbatj Morbacensi ordinis sancti Benedicti, Basiliensis dioc. Salutem et | apostolicam benedictionem. Cum feruidus sincere deuotionis affectus, quem seruas ad nos et Romanam Ecclesiam matrem tuam, | manifestis operibus clareat, pro eo quod, sicut a fide dignis accepimus, te non dubitas murum defensionis | opponere, contra potentias iniquorum, nos tuam fidelem constantiam attendentes, que quanto sit sedi | apostolice gratior, tanto debet donis potioribus adaugeri, tibi auctoritate presentium de speciali gratie indul- | gemus, ut de Gebewilre et de Lucerna Ecclesias ad tuam ut asseris collationem spectantes, pro tuis soluen- | dis debitis, quibus te pretextu negotiorum uniuersalis Ecclesie obligasti, possis ad manus tuas, cum eas uacare | contigerit, usque ad Quinquennium retinere. Ita tamen quod eisdem Ecclesijs interim de ipsarum prouentibus per idoneos | uicarios congrue seruiatur. Non obstantibus aliquibus litteris apostolicis super aliquorum prouisionibus generaliter | uel specialiter impetratis, aut etiam impetrandis, nisi huiusmodi littere impetrande plenam et expressam de hac in- | dulgentia fecerint mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere. | uel ej ausu temerario contraire. Siquis autem hec attemptare presumpserit, indignatio-

nem omnipotentis Dej et | beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Lugduni | Nonis Marcij. Pontificatus nostri Anno Sexto. |

Unter demſelben Datum theilte Papſt Innocentius der Vierte **Dilecto filio .. Abbatj sancti Vincentij Bisuntin.** (das Bisthum Baſel ſtand unter dem Erzbiſchofe von Biſanz) den Inhalt obiger Urkunde, faſt wörtlich, mit und befahl ihm, **quatinus dictum Abbatem** (von Murbach) **non permittas super hijs con- | tra nostre concessionis tenorem ab aliquibus indebite molestari, Molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam ap- | pellatione postposita compescendo.**

## 4.

### 1254, 7 Brachmonat.

(Kloſterarchiv Seedorf.)

E. dei gratia Constantiensis Episcopus, Omnibus hanc paginam inspecturis, Salutem et caritatis affectum. Pastoralis | officij nostri debitum exequentes, religiosa loca spirituali fauore prosequi nos oportet. Cum igitur ecclesia sancti Lazarij | in Sedorf de nouo a nobis, inuocata sancti spiritus gratia, sit ad diuinum officium consecrata, et ad ipsam fidelis quisque | pro releuatione peccaminum suorum et augmento diuine salutis confluere teneatur, deum ibidem suis oratio- | nibus et oblationibus deuotione debita placaturus, Nos illuc confluentes uolentes condigno premio | honorari, ipsis per totum annum istum. xl. dies, et imperpetuum in anniuersario. lx. dies de iniuncta | sibi penitencia misericorditer relaxamus. Diem autem anniuersarij sev dedicationis ecclesie predicte, | comuni utilitate inspecta, in diem et festum Beati Laurencij gloriosi martiris Christi, in cuius | honore dedicata existit, duximus transferendum. In cuius rei testimonium presentes litteras super hoc dedimus | sigilli nostri robore conmunitas. Datum Swites, Anno domini M. cc. liiij. vij. Idus Jvnij. |

## 5.

### 1255, 22 Auguſtmonat.

(Abtei Murbach; jetzt Präfectur Colmar.)

R. Prepositus Beronensis. et R. de Habspurch Canonicus Basiliensis. Omnibus presentes litteras in- | specturis. Noticiam subscriptorum cum salute. Notum esse uolumus uniuersis, quod

nos renunciauimus | et presentibus renunciamus omni iuri, quod nobis in parrochiali Ecclesia Lucernensi Constantiensis dyoc., ratione | prouisionis apostolice sedis, competebat uel competere uidebatur. promittentes data fide nomine iura- | menti, quod nunquam venerabiles in Christo .. Abbatem et Conuentum Morbacensem seu successores ipsorum | super eadem Ecclesia inquietabimus uel etiam impetemus. Vt autem hec renunciacio robur obti- | neat firmitatis, presenti cedule sigilla nostra dedimus appendenda. Datum anno. M. cc. Lv. | in Octaua assumptionis beate Marie uirginis;·

Irrig hat *Schoepflin* **Alsat. Diplom. I, 404** dieſe Urkunde mit dem Jahre **1250** abgedruckt.

## 6.

### 1274, 12 Herbſtmonat.

(Ciſtercienſerinnen in Eberſegg, jetzt in Rathhauſen.)

R. dei gratia Constantiensis electus, Omnibus Christi fidelibus Noticiam subscriptorum. Quia | nos cum diuinum uidemus cultum ampliari, vt magis dei omnipotentis filius in suis | donis glorificetur, congratulari debemus ac nostrum prout possumus consensum adhibere, | Igitur nos pie petitioni Nobilis viri, R. de Palma, ac Jacobi de Vischbach, | Ciuis Zovingensis, qui ad honorem Dei et Matris eius Virginis gloriose, Claustr- | um monialium Cisterciensis Ordinis edificare intendunt apud Eberseche nostre dioc. | et taliter dotare volunt, vt prima die ingressus Conuentus illuc transmittendus inclu- | di ualeat, et ibidem uiuere regulariter et honeste secundum predicti Ordinis instituta, Clemen- | ter annuimus, Dicto operi nostrum et nostrorum consensum fauorabiliter adhibendo, Conferentes | eidem Monasterio dictam Capellam Ebersêche de consensu nobilis prelibati R. de Palma | qui in ipsa capella ius habebat patronatus, tam ad spiritualia quam ad temporalia ipsis Monia- | libus in dicta capella dantes potestatem, Insuper Eximentes dictum locum cum suis attinenciis | personas cum familia et rebus earum a nostra iurisdictione, Concedimus eisdem construere Infra | terminos Ecclesie de Altloshoven claustrum cum suis officinis necessariis et in or- | dine Cisterciensi conswetis, dantes eisdem auctoritatem faciendi Ecclesiam et Cimiterium, Item | concedimus ipsis monialibus quod possint Jus habere Sepulture, saluo iure ecclesie parrochialis, et | gaudere

aliis etiam priuilegiis et libertatibus Ordinis sepefati, Et si necesse fuerit annuimus | vt celebrari possit in dicto loco in altari mobili, quo usque ecclesia seu altaria ibidem | domino concedente benedici ualeant et consecrarj. In cuius rei testimonium presentem literam | nostri Sigilli munimine fecimus roborari. Datum Rinaugie, Anno domini M. CC. | LXXIIIJ, ij Idus Sept., Indictione Secunda.

Am 23 Heum. 1275 ſtellten der Freie Her Rudolf von der Balm, und Jacob von Fiſchbach Bürger zu Zofingen, den Stiftungs- und Bewidmungsbrief dem neuen Kloſter aus, welches dem Gotteshauſe S. Urban untergeordnet ſein ſollte; an ebendemſelben Tage nahmen die Aebte von Frienisberg und Tennebach aus Auftrag des Generalcapitels die junge Stiftung in ihren Orden auf, und ſchloſſen Frauen von Rathhauſen als Aebtiſſin und Convent ein. Das Kloſter erhielt den Namen **Pura Vallis**.

## 7.

### 1276.

(Spitalbrüder zu Hohenrain; jetzt Staatsarchiv Lucern.)

Ich Heſſo von Rinnach der probſt von Werde kvnde allen den die diſen brief ſehent oder horent leſen, | daz Johannes von Heidegge vnd ſin elich wirtin vrov Nonna hatten ein vorderunge an daz huz ze Honrein | vmbe einen hof da ze Eberſol. der ſelbe hof wart gekovfet vmbe hern hartman von baldewile. Daz ſazte der vorge- | nante Johans vnd ſin wirtin an bruoder Cvonraden von Wulflingen vnd an bruoder Heinrichen von Eſchentze | ſwaz ſi dar vmbe ſprechen vf ir gehorſami dez wolde ſi benvegen dc ovch dc ſtaete belibe. Swa aber die zwene | miſſehullen da ſolde ich Heſſo der vorgenante oberman ſin. Hie zvo erkvrn ſi mich beidenthalb ſit mit gvotem willen | lieblich vnd vmbetwngenliche. Des ſin wir drie ich Heſſo, bruoder Cvonrat, vnd bruoder Heinrich vber ein komen | mit ein ander vnd haben vnſ des ervarn, dc Johanneſ, noch ſin wirtin enkein reht hant zvo dem houe | dem vorgenanten. Vnd hat ſich der vorgenante Johans von Heidegge vnd ſin wirtin entzigen der vorderunge | die ſi an daz gvot hatten lidecliche wande ſi ovch vnreht waz, Vnd geſchach diz in Hern Cvonrades huz von | Heidegge in ſiner ſtube da ze Hiltzchilch, Dez ſint gezuge der ſelbe Her Cvonrat, vnd min vrowe von Stovfen | ſin wirtinne, bruoder Heinrich der Commendur von Honrein, bruoder Cvonrat von Wulflingen, bruoder Heinrich von | Eſchentze, bruoder Heinrich von Sempach, Abreht von Sare,

vnd Wize, vnd ander gnuoge hern Cvonradeſ geſindes | die dc ſahen vnd horten. Vnd daz diz war ſi, vnd ovch ſtaete belibe ſo ſo iſt dirre brief beſigelt mit minem | ingeſigel des vorgenanten Heſſon, mit ir willen vnd dvrch ir bette Johans vnd ſiner wirtin vnd verie- hen wir ovch | des beidu. Diz geſchach do man zalte von gotes geburte zwelf hundert vnd ſehs vnd ſibenzic iare. — |

## 8.

### 1277, 23 Wintermonat.

(Stiftsarchiv Lucern.)

Omnibus Christi fidelibus presentium inspectoribus. Berhtoldus dei gratia Morbacensis Abbas caritatis affectum cum | noticia subscriptorum. Volentes subiectorum nobis vtilitati consulere pariter et quieti. cum commvnis vtilitas sit | priuatis commodis preferenda, quandam consuetudinem jmmo potius corruptelam, hactenus in Monasterio Lucernensi | per prebendas clericorum secularium, non sine diuini cultus et religionis detrimento, dampnose et dampnabiliter | introductam, legi mosayce que in boue et asino arare vetuit innitentes. ac jnclite memorie Chvonradj | predecessoris nostri Morbacensis Abbatis statutum super hoc prouide et salubriter editum innouantes, de commvni | necnon expresso fratrum nostrorum Lucernen. consilio et assensu, in nomine domini abolemus et in perpetuum abroga- | mus irrefragabiliter statuentes, ne deinceps in antea persona secularis aliqua cuiuscumque conditionis | preter Plebanum et Scolasticum ad prebendam sev stipendium aliquod ad fratrum consortium Lucernen. admit- | tatur. Salua tantum et excepta prouisione. Johanni filio domini Rvodolfi Militis de Lunkuft de vna | prebenda duarum secularium in dicto Monasterio facienda que prius fuerit vacatura. cui ante hanc consti- | tutionem ad prouisionem prebende secularis, nisi alias eidem interim per nos prouideri contigerit, dinoscimur | obligati. Ad tenendum autem que premissa sunt et seruandum, bona fide, nos vna cum fratribus | nostris constrinximus et presentibus obligamus. fide inuicem prestita nomine sacramentj. Et in huius testi- | monium et effectum pleniorem, presentes sigillo nostro tradimus roboratas. Actum et Datum Lucerne | Anno dominj Millesimo cc. lxxvij. ix. Kal. Decembr. Indictione Sexta — |

## 9.

### 1282, 15 März.

(Auguſtinerinnen in Neuenkirch; jetzt Ciſtercienſerinnen in Rathhauſen.)

Ruodolfus dei gratia Constantiensis Episcopus, Dilectis in Christo, vniuersis ad quos presentes peruenerint salutem et sinceram in domino | in domino Caritatem. Quiapastoralis officij nostri sollicitudo requirit, ut iusta et rationi consentanea petentibus Facilis | exauditionis aditum debeamus liberaliter aperire, vestram tenore presentium nosce volumus caritatem, quod | cum Johannes de Kusscenach et Eppo filius suus Milites, ad quos ius patronatus Ecclesie in Nuwenkilch nostre Dyoc. pertine- | bat, in remedium animarum suarum de speciali et expresso consensu omnium quorum intererat, Religiosis mulieribus in | Christo dilectis.. Magistre et monialibus, deo ibidem militantibus, libere contulissent et in eas et Domum ipsarum, quam | ibidem construxerunt, idem ius donationis titulo transtulissent, cum omni iure et effectu, quo idem eis aut eorum | successoribus conpetebat aut conpetere uidebatur, Nos eandem donationem tanquam piam et iustam, et in augmen- | tum diuini cultus factam, ratam et gratam habentes, ipsam auctoritate ordinaria confirmamus. Et in pre- | missorum testimonium euidens presentes litteras nostro Sigillo prefatis monialibus fecimus sigillari. Datum Thune | anno domini M. cc. lxxxij, Idus Marcij, Indictione x.

Den Frauen zu Neuenkirch (über ihr früheres Erſcheinen vergl. die Urk. vom 2 März 1259: Kopp Urkunden zur Geſch. der eidg. Bünde S. 12 f.) gaben Her Johannes von Küſſenach, und Her Eppo und Ulrich ſeine Söhne und Anna und Elſi ſeine Töchter, aus Lucern am 29 Jänner 1282 den eigentlichen Vergabungs- und Stiftungsbrief; an den Biſchof legten die beiden Ritter, jedoch ohne Siegel und Datum, folgendes Begleitſchreiben bei:

Reuerendo in Christo patri ac domino suo R. dei gratia Constantiensi Episcopo, Johannes | dictus de Küssenach et Eppo filius eiusdem, milites, reuerenciam debitam et | honorem, Vestre significamus dominationi, quod nos ob remedium nostrarum animarum | de conmuni et speciali consensu et assensu, quorum interfuit, ecclesiam in | Nuwenkilche, cuius collatio ad nos hereditario iure spectat et spectare dinoscitur, | ordini sancti Augustini et Monialibus deo ibidem militantibus, cum omni jure et | effectu, quo nobis spectabat, aut nobis nostrisque successoribus pertinere vide-

batur, contradimus | et contradidisse presentibus confitemur, vestre paternitati humiliter supplicantes, quatenus, iuxta | tenorem instrumentorum premisse donationi adhibitorum, dignemini diuine pietatis | obtuitu vestris litteris confirmare. Ego Eppo prefatus miles Sigillo patris | mei cum aliis meis coheredibus presentibus sum contentus.

## 10.

### 1288, 25 Heumonat.

(Abtei Murbach; jetzt Präfectur Colmar.)

R. dei gratia Constantiensis Episcopus, dilectis in Christo vniuersis ad quos presentes peruenerint, Salutem in domino | Sempiternam, Cum super iure patronatus Ecclesie in Kilchbuehel, nostre dyoc., a venerabili patre et domino .. | dei gratia Muorbacen. Monasterij Abbate ad proprietatem sui Monasterij conparato, de conparatione eadem seu for- | ma tractatus iam dicte conparationis tamquam suspecta, aliqui dubitarent, Idemque Abbas de consensu | sui Conuentus ad tollendum dubium et purgandum suspicionem prenotatam dictum ius patronatus | nostris manibus resignarit, Nos eadem resignatione gratanter acceptata, ipsam Ecclesiam cum suis | iuribus et fructibus vniuersis, predicti abbatis et fratrum suorum necessitatem miserati, eorum mense | deputauimus perpetuo Seruituram et tenore presentium deputamus, Ita tamen quod, ipsa vacante, nobis | et nostris successoribus a predicti Monasterij abbate, qui pro tempore fuerit, Sacerdos ydoneus presentetur, qui ad nostram | institutionem, sub competenti prebenda sibi de eiusdem Ecclesie fructibus assignata, inuestiatur de Cura | animarum Ecclesie prenotate, juribus Episcopalibus et Archidyaconi in eadem Ecclesia penitus nobis | saluis. Datum Basilee, anno domini M CC lxxxviij, viij Kal. Augusti.

Am 10 Jänner 1290 (zwei Urkunden im Stiftsarchive Lucern) geben Propſt und Domcapitel von Conſtanz hiezu Einwilligung und Beſtätigung.

## 11.

### 1291, 4 Chriſtmonat.

(Ciſtercienſer Abtei Wettingen.)

R. dei gratia Constantiensis Episcopus, Dilectis in Christo vniuersis, ad quos presentes | peruenerint, Salutem et sinceram in domino cari-

tatem. Noueritis quod respectu serui- | ciorum, que nobis Religiosi viri .. Abbas et Conuentus Mon. in Wettingen aliquo- | ciens non sine gratis beneficijs impenderunt, ipsis remisimus et remit- | timus per presentes omnem actionem, nobis contra eos conpetentem, ex Domo Thu- | regi sita, Nucibus et Vino relictis a pie memorie quondam Decano | in Wediswile, que idem Abbas et Conuentus defuncto eodem Decano perce- | perunt, et omne ius quod in dictis Domo, Vino et Nucibus nobis conpetijt vel | conpetere videbatur. Datum Thuregi, anno domini M. CC. LXXXXJ. ij. Non. Dec. |

## 12.

### 1292, 2 Hornung.

(Stiftsarchiv Lucern.)

Berchtoldus dei gratia Murbacensis Abbas, dilectis in Christo suis confratribus, preposito et conuentuj | Lucernen. salutem. Obediencie vestre fauorem, et frequenciam circa diuinum cultum habitam, necnon | prebende vestre tenuitatem, tam personarum pluralitate, quam eciam statu terre et hominum | causatam, oculo misericordie intuentes, consuetudinem antiquam vobis ab antecessoribus | nostris permissam innouando presentibus indulgemus, quatenus liceat cuilibet vestrum fructus | prebendales, qui per vnum annum post obitum cuiuslibet percipi poterunt, in usus | pios ob anime remedium distribuere et legare, necnon debita ex causa neces- | saria et honesta contracta, soluere ex premissis fructibus et rationabiliter compensare. | Datum Anno domini Millesimo Ducent. Nonag. Secundo. Quarto Non. Februar. |

## 13.

### 1294, 21 Brachmonat.

(Abtei Steina; jetzt Kloster auf dem Bach zu Schwyz.)

H. dei gratia Constant. Episcopus Dilectis in Christo vniuersis, ad quos Presentes peruenerint, Salutem et Sinceram | in domino caritatem. Quia ius quod in rebus tam mobilibus quam inmobilibus relictis a pie memorie C. quondam | viceplebano in Switze Sacerdote, nobis seu nostre Ecclesie conpetiit vel conpetere videbatur, cessimus in Religio- | sas et in Christo dilectas .. Abbatissam et Con-

uentum Mon. in Steyna, ideo ipsas in iure possessionum huiusmodi | digne suscepimus defendendas et suscipimus per presentes. Rogamus igitur vniuersitatem vestram, quatenus ipsas | seu Colonos earundem in dictis possessionibus non grauetis, ne contra vos pro huiusmodi grauamine per | excommunicationis in personas vestras et interdicti in Ecclesias, quarum existitis subditi aut ad quarum deueneritis parro- | chias, procedere conpellamur. Datum Rynheyn, anno domini M. CC. lxxxx. IIIj. XI. Kal. Julij — |

Des Königs Rudolf Landfrieden Regensburg 6 Heum. **1281** (***Pertz* Monum. Germ. IV, 427—430**) enthält, als Satz **51**, folgende Beſtimmung: „Pfaffen reht Dehein rihter, noch dehein ſcherige, noch deheine „ander man ſol ſich der pfaffen gut nach ir tode niht vnderwinden mit gewalt „an (ohne) ſeinen biſcholfe und an (ohne) ſeinen techent. Swer es anders „nimpt, der iſt fridbrech“.

## 14.

### 1305, 16 Heumonat.

(Auguſtinerinnen, jetzt Ciſtercienſerinnen zu Eſchenbach.)

Omnibus Christi fidelibus. ad quos presentes peruenerint, Cvonradus Rector Ecclesie in Eschibach in domino caritatem. Quemad | modum suis nos doctrinis informat Apostolus, alter alterius onera portare debemus. quoniam sumus invicem menbra | itaque ego Ecclesie predicte Rector licet indignus de prouiso mihi beneficio cupiens participare Christi pauperibus, plan | tacionem novellam sancte Katherine predicti locj ad huc teneram. ac religiosarum ibidem deo personarum sub beatj Au | gustini regula humiliter et indefesse militancium deuocionem sinceram. pie consideracionis oculo intuendo, proventus. reditus. | et obvenciones quaslibet. Ecclesie memorate. saluis dvmtaxat septem marcarum reditibus mee sustentacioni conpetentibus. | michi dandis annuatim, prefato cenobio et Conventuj integraliter ac sine diminucione qualibet. pure mentis | affectu dono. confero. et assigno presentibus, disponendos, percipiendos, suisque vsibus applicandos, vt ab Episcopalibus jvribus | et hospitalitatis beneficienciis, oneribus seu prestacionibus et exactionibus quibuscumque. Ecclesie mee incumbentibus valeant | eo conmodius releuari, Necnon diuinis officiis, et spiritualibus, que sine temporalibus subsistere non possunt. per mee subvencionis | auxilium liberius vacantes, meam si qua est insufficienciam equo

animo tolerantes ad laudem dej et sancte Katherine, | nec non benefactorum tam superstitum quam defvnctorum solacium et salutem, annuente domino debeant salubri opere quieti re- | gularj obseruancia prospere confovere. Ceterum ad residenciam personalem in ipso loco faciendam pro vt jura exigunt, et | ad premissa quelibet bona fide tenenda, firmiter et seruanda cum effectu, sponte, non circvmventus nec vj, nec dolo inductus, | ad non cedendum quoque. nec permutandum Ecclesiam meam, seu in preiudicium et grauamen sepedicti conuentus. contra premissa ad | presens et in posterum aliquid attemptandum. Sacramento super sancta Ewangelia corporali prestito me astrinxi et astringo | presentibus Sigilli mei robore conmvnitis. Datum Lvcerne presentibus hiis testibus et ad hoc vocatis fratre Walthero | Priore Thuricen. ordinis predicatorum, et fratribus Wernhero de Hasle, Cvonrado de Marsilia, Cvonrado de Phvlndorf. | eiusdem ordinis. Ruodolfo Decano in Emmon, et Heinrico Notario oppidi Lucernensis, Anno domini M. ccc. | Quinto. xvij. Kal. Augustj, Indictione tercia.

Das Kloſter Eſchenbach, welchem der Freie Her Walter von Eſchenbach am 24 Brachm. 1292 den Stiftungsbrief ausſtellte (vergl. über ihn und deſſen Stiftung die zwei Briefe vom 25 Brachm. 1299 und 29 April 1309: *Kopp* Urkunden zur Geſch. der eidg. Bünde S. 52 ff. und 99—102), wurde anfänglich zur geiſtlichen Leitung dem Propſte und Convente zu Interlachen übergeben. Auf beider Theile Bitten vertraut Biſchof Heinrich von Conſtanz durch Urk. Conſtanz 6 Hornung 1301, jedoch auf Widerrufen, die Leitung den Predigern zu Zürich, um die Frauen Beichte zu hören und ihnen, wenn ſie wahrhaft reuig ſind, pœnitentiam iniungere salutarem: his dumtaxat exceptis casibus, qui nobis de Jure vel ex Statutis Synodalibus specialiter reservantur. Kaum zwanzig Jahre ſpäter iſt bereits der Ciſtercer Abt von S. Urban geiſtlicher Pfleger der Frauen zu Eſchenbach. — Auf dem Concilium zu Lyon ſetzte Papſt Gregorius der Zehente (vergl. die Urk. Lyon 23 Weinm. 1274: *Raynald.* Annal. Eccles. 1274, num. 43), als niedrigſtes Einkommen einer Pfründe, summam septem librarum Turonensium feſt, von welcher an den beſchloſſenen Kreuzzug nicht geſteuert werden mußte. Kirchherr Kunrad von Eſchenbach, der ſich ſieben Mark jährlicher Einkünfte vorbehielt (die Mark hat $2\frac{1}{2}$ Pfund oder 50 Schillinge), befand ſich alſo noch immer mindeſtens um das Doppelte in beſſerer Lage.

## 15.

### 1307, 12 Heumonat.

(Benedictiner Abtei Engelberg.)

Allen dien, die diſen brief ſehent oder hoerent leſen, kunden wir Apt Ruodolf, vnd der Conuent gemeinliche von Eingloberg, Sant Benedictes Ordens, des Byſtomes von Choſtentz, | das wir, mit guotem rate vnd mit gantzem willen, den Hof ze Alpenach, der Arnoldes Trutmannes was, vnd dü Gueter ze Alpenach, dü Johanſes ſeligen vndern Bomen waren, vnd dü | Gueter an dem nidern Stade ze Alpenach ligent, dü gekovfet wrden von Hern Heinriche dem Kelner von Sarnon, vnd Heinriche ſinem Veitthere, dü ſament mit einander geltent iergliche | zehen Malter dincheln, vnd fünf Malter Habern, Vnd das Guot ze Kegenſwile, das drizig ſchillinge Pheinninge ierglich giltet, vnd och Hern Heinrichs des Kelners was, Das Guot ze Slie- | ron vnd ze Swarzenberg, das ierglich ein Phunt Pheinningen giltet, das och des ſelben Kelners was, Das Guot ze Kegenſwile, das och ein Phunt Pheinningen ierglich giltet, das Hern Ni- | clauſes ſeligen des Kelners was, Das Guot ze Alpenach, das ein Phunt vnd einen Schilling giltet, das des ſelben Hern Niclauſes was, vnd das Guot zem Steine ze Alpenach, das zehen Schillinge | giltet, han ze kovfenne gegeben recht vnd redeliche, vmbe Hundert March Silbers, der Hogebornen vnſer ſeligen vnd genedigen vrowen, vrowen Elſpeten der Kuenegin von Rome, | Vnd hat ſi dü ſelben Gueter gegeben luterlich dur Got, vnd dur ir ſeile heiles willen, vnd vnſers genedigen Heirren, Heirren Albrechtes des Roemſchen Kuneges, vnd ir kynden, vnd | aller ir vorderen, wider dem ſelben vnſern Gotzhuſe, alſo, das man vnſeren Sweiſteron in dem Conuente funf March geltes, die von dien vorgenanden Guetern gant, ellü Jar hinnan für, | geben vnd bekeren ſol an ir Nachtmal, das dü da mitte gebeſzert werden, ſo veirre das beſchehen mag. Vnd ſol darumbe ir alte Phrunde nicht gemindert werden. Si ſullen och vber das | ſelbe Gelt einen ſunderlichen Phleger nemen, vnd han, Swen ſi weillent, der inen das Guot verantwrthe iergliche, alſo das wir da von keinen nutz nemen, vnd der mitte nüt ze tuonne haben. | Wir han vns och dar zuo gebunden, dur Got des eirſten, vnd dar nah dur der vorgenanden vnſer vrowen der Kuenegin betthe, das wir iemer me ewek-

liche vnſern Sweiſteron in dem | Conuente, alle tage ſullen ein Meſſe ſprechen, zuo der Meſſe, die ſi von alten ziten hatten. Vnd dur das dis alles iemer ſtethü belibe, ſo han wir das willekliche vber vns geſeitzet, das ein | Apt von Mure, der denne ſi, ze drin Jaren eineſt, oder ſwenne im es dü Meiſterin des Conuentes enbütet, ſol varn ſelber in vnſerm koſten ze vnſeren Sweiſteren, oder er ſol aber dar ſein- | den ſinen gewiſſen botthen, ze eruarne, vnd ze verſuchenne, ob ſi keinen breſten haben an diſen dingen. Vnd ſol danne dü Meiſterinne ſagen, vnd kunden bi ir truwe, ob ſi vnd der Conuent | keinen breſten liden an der Meſſe, oder an dem Gelte, Vnd als dicke der ſelbe Apt breſten vindet an der Meſſe, als dicke ſullen wir ime das beſzeren mit einem Phunde Pheinningen, vnd ſol er die | Pheinninge nemen gentzlich von vns, vnd ſol vnſer nüt laſzen, Vnd ſol das tuon, bi ſiner truwe an eis eideſ ſtat, vnd noch danne darzuo den breſten verſehen vnd weinden uf der ſtat. Were | aber, das er breſten vindet an dem Gelte, das es nut gerichtet iſt dem Conuente, ze den ziten ſo man es richten ſol, das iſt ze Sant Andres tult, ſo ſol der Apt von Mure, ſo vil Guotes ſo da ge- | briſtet, nemen von vnſerſ Gotzhuſes Guote, vnd vnſeren Sweiſteren da mitte den breſten widerlegen. Vnd darzuo ſol noch danne der Apt als vil vnſers Guotes daruber nemen, als des gebroſten | Guotes was, vnd vnſern Sweiſtern das zuo ienem ze beſzerunge geben, ob der breſte keinen weg von vnſeren ſchulden dar kumet, Vnd ſol och den breſten ablegen inweindig dem Manode. Wir | han och alles das hie vor geſcriben ſtat, gelobt ſtetu ze haltenne iemer me, bi vnſer truwe an einſ eides ſtat, ane geuerde, es ſi danne das vns irre eihaftige not, dü vns billiche vndſchuldigen ſol. | Wir ſullen och niemer keinen Apt erweillen, Noch nieman ze gehorſami enphan, wand der lobet bi ſiner truwe an eins eides ſtat, das er ſtetthü habe mit vns, als das hie vor geſcriben iſt. | Vnd ze gewerem vnd ewigem vrkunde, das dis beſchehen iſt, vnd dur das iemer ſtet vnd gantz belibe, ſo han wir der Apt vnd der Conuent von Eingloberg geheincht vnſer Jngeſile | an diſen brief. Dirre brief wart gegeben ze Lucerren, an der Nehſten Mitwchen vor ſant Margareten tage, do man zalte von Gottes geburte Drizehen Hundert Jar, vnd | dar nah in dem ſibenden Jare. —

Einen andern Brief vom 13 Jänner 1307, welcher die Königin Agnes von Ungarn betrifft, ſ. bei der Urkunde vom 28 Herbſtm. 1355.

## 16.

### 1307, 31 Weinmonat.

(Staatsarchiv Lucern.)

Allen dien, die diſen brief leſent oder hoerent leſen, tuon Jch Ruodolf der Techan, Kilcherre ze | Emmon, kund, vnd vergihe an diſem briefe dez offenlich, daz ich vngeuangen vnd vmbetwngen, gelobt | han, vnd mich darzuo gebunden, mit geſwornem eide, den ich tet vf dien heiligen vier Ewangelien, Daz | ich vmbe die vangnuſt, in der ich ze Rotenburg waz, den Erbern man, Hern Heinrichen den vogt | von Baden, in dez gewalt ich lag, noch nieman anderen vf der erde, mit geiſlichem noch mit weltli- | chem gerichte muegen noch an grifen ſol, noch beſwern ſol dekeinen weg, mit mir ſelben oder | mit minem rate, gunſt, oder hilfe, ane dez ſelben vogtez willen, vnd ſol das ſin ane geuerde. Vnd dur | daz ich allez daz ſtet halte iemer, daz hie vorgeſchriben iſt, ſo han ich ze einer ſunderlicher gewarſami, | vmbe hundert March ſilbers dem vorgenamden vogte, ze burgen vnd ze Gyſel geben, diſ erberen Lute, | Hern Walthern von Hvnwile den amman einen ritter, Meiſter Burcharten den arzat von zovingen | tuomherren ze Werde, Petern an der Brugge Schultheizen ze Lucerren, Lutolden von Mellingen | minen Oehein, Wernhern von Greppon vnd Gerungen von Walingen, burger ze Lucerren, Mit dien | gedingen, vnd alſo, ob ich die gelubde de keinen weg breche, vnd ich da wider tetü dez ich geſworen han, | ſwenne daz wider mich beweret vnd kundlich gemachet wird, ſo ſol ich, dem vogte der hvndert Marchen | ſilberz gevallen ſin, vnd ſwenne der vogt dar nach ſelber, oder ſine gewiſſen botten, von ſinen wegen | die vorgenamden burgen vnd Gyſel manent, vmbe die hvndert march, ſo ſullen ſi ſich, dar nach in | weindig acht tagen dien neichſten, entwrten in Giſelſchaft ze veilem koſten ane geverde, vnd ſvllen da | vſ niemer komen ane dez vogtez vrlob, e daz ich ime die hvndert march ſilberz gerichtet. Jch han och | gelobt bi diſem ſelben eide, den ich geſworn han, daz ich diſe burgen vnd Gyſele alleſament, wiſen vnd | zihen ſol, von allem ſchaden, der ſi, von dirre ſache dekeinen weg angat. Wer och daz, da vor got ſi, | daz der Gyſelen einer verdurbe, an dez ſtat, ſol ich einen andern alz guoten geben, ane geuerde in | dem manode, ſo ich dez von dem vogte ermant wirde, Oder die andern Gyſele ſullen Gyſel ligen, Ob | ſi dar-

